Servasanctus <Tuscus de Faenza>: Sermones de tempore et de sanctis cum communi sanctorum
Reutlingen: [Johann Otmar], 1485




nõ poteſt. Sed cor hoĩs capax eſt ſum/
mi boni. ergo nullo alio illo mĩore poteſt
impleri. ſed cũ ſummũ bonũ ſit infinitum
omne bonũ illi ꝯpatum eſt quaſi nullũ. er
go cor hoĩs eſt illiꝰ infiniti boni capax.
ſic certũ eſt ꝙ ĩpleri nullo alio bono poſſit
Item cũ natura nõ patiatur aliquid eſſe
vacuũ. qꝛ ſummo bono non plenũ. labo/
rat attrahere qđcunqꝫ tẽꝑale bonũ. ne
remaneat vacuũ. Sed qꝛ omne qđ attra
hit eſt quaſi punctũ ſue capacitati ꝯpatũ
dum ad repletionẽ ſui argentum vel au/
rum attrahit. quaſi ſe inuenit vacuum et
nunq̃ꝫ plenũ. et ideo nõ quieſcit ſed ſemꝑ
alia querit. et hec eſt ratõ quare auari nõ
poſſunt quieſcere. qꝛ cum vacuitas q̃ eſt
in eis ſemꝑ naturaliter repleri cupiat nec
adquiſitis repleri valeat. ideo appetitus
adq̃rendi nõ ceſſat. ſed ſemꝑ ad alia q̃rẽ/
da feſtinat. hec eſt ratio qꝛ pecuniarij q̃ſi
ſunt oẽs auari. Quia ſicut locus aliquis
vacuus dum aquã ad ſui repletionẽ rece
pit quã diu plenus non fuerit aquã locis
collaterabilibꝰ non refundit. Et ſic vidẽꝰ
ꝙ dum pluit terra priꝰ ſatis bibit. poſtea
diſcurrere ad ꝑtes alias aquas ſinit. Sic
auarus qꝛ repleri cupit cũ repleri nõ poſ
ſit alijs que ꝯgregat non effundit ¶ E
Secundo ſunt alie diuitie que ſunt ſpũa/
les longe his meliores. et diuitie tales ſũt
dona et virtutes. his eñ diuitijs diuites
ſunt qui diuitias ꝓprias ꝓpter xp̃m con/
temnunt. Unde dꝛ Ecc̃. Eſt diues in ſpi/
ritualibus cũ nihil habeat ſcꝫ in tẽꝑali/
bus. et eſt pauper in tẽꝑalibꝰ. cũ in mul
tis diuitijs ſit. ſcꝫ in ſpũalibus. He eñ di/
uitie non ſunt vane non ſunt falſe. nõ ſũt
nociue ſed ſunt precioſe. per quas emitur
ſublimatio eterne glorie. Ephe. j. Nõ ceſ
ſo gratias agere ſemꝑ memoriam veſtri
faciens in orationibꝰ meis vt deus et pa/
ter glorie det vobis ſpm̃ ſapientie. et illu
minet oculos cordis veſtri vt ſciatis que
ſint diuitie glorie hereditatis eiꝰ ĩ ſanctis
id eſt que ſunt ille diuitie ꝑ quas adquirit̃
glorioſa hereditas. et hoc eſt quod dicit̃.
Ja. ij. Nonne ds̃ elegit pauperes in hoc
mundo. diuites in fide et operibꝰ bonis. ⁊
heres regni. quod repromiſit diligentibꝰ
ſe. Uirtutes ergo ſunt vere diuitie quibꝰ
homo in vita ornatur. in morte iuuatur.
et poſt mortem ad regnũ eternitatis per/
ducit̃. Non vt pecunie in neceſſitate deſe
runt. Non vt ille decipiunt ſiue fallunt.
ſed quidquid homini ꝓmittũt impendũt
et plus in infinitũ. Ut ergo habeant̃ he di
uitie. omnes alie ſunt in pauꝑibus expen
dende ¶ F Tercio ſunt alie diuitie
que dicunt̃ eternales. que ſicut ſunt excel
lentiores et omnibus ſublimiores. ſic ſunt
eternaliter ꝑmanentes. Nunq̃ꝫ ſuam ex
cellentiam ꝑmutantes. mirũ eſt eñ valđ
ꝙ auari has diuitias non appetunt. et ꝙ
ꝓ his adquirẽdis ſua omĩa nõ expendũt
Nullus eñ eſt mercator qui non libenter
daret cuprum vel auricalcũ. vt reciperet
aurum. et qui non impenderet ſtannum
vel plumbũ. vt pro iſtis haberet argentũ
Quid igit̃ eſt ꝙ dare nõ volunt lutum ꝓ
bono ſummo vanũ pro vero tranſitoriũ
ꝓ eterno. et vile modicum pro immenſo
He ſunt eñ diuitie quas fidelibus optat
apl̃us Phy. iiij. Dominꝰ implet om̃e de
ſiderium veſtrũ ſm̃ diuitias ſuas ĩ gloria
pſal Gloria et diuitie in domo eiꝰ id ẽ di/
uitie glorioſe. Unde ipſe dicit. Prouer.
viij. Mecũ ſũt diuitie et gloria. Ad has
nos chriſtus perducat.

¶ Dñica. xix. ſermo. Cxviij. ¶ A

Confide fili re
mittuntur tibi peccata tua.
Mathei. ix. Paralis eſt le
ſio partis humani corpis cum priuatione
motus et ſenſus et fit aliquãdo ex infirmi
tate ꝯſtringente quãdoqꝫ ex humore opi
lante. quandoqꝫ ex calore ꝯſumente. ⁊ in
neruos ſenſibiles ꝯpungente. q̃nqꝫ fit ex
vulnere neruos inſcidente. vel diuidẽte
ex his eñ omibꝰ cauſis denegat̃ tranſitus



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-472/0333
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG